

brute sunt? qui tollitur arioli, quos cum non habeat, nec habere se gloriatur, tamen tanto tempore derelicta est filia Sion, et sedet sine altari,

et sine sacerdotibus; et aliis fruges eorum comedentibus, ipsi siccis faucibus, sibi futura promittunt, quae nesciunt. »

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Redit Propheta a Bethlehem, Christo et Apostolis ad sua tempora; ac cum Judaeis sui aevi, patheticis nominis Dei disceptat et expostulat: Popule meus, inquit, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Deinde beneficia multa et grandia eis a se collata recenset, ut ostendat eorum summanam ingratitude, quod a Deo ad idola et scelera desciverint. Moa, vers. 6, iis postulantibus qua ratione Deum sibi reconciliare possint, respondet vers. 8, dicens: Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: utique facere iudicium et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo. Tertio, vers. 9, horribilem Dei vocem et minas eis intendant, ob eorum iniquas mensuras et pondera, similesque fraudes et dolos, quibus exultabant pauperes; quapropter minatur eis egestatem, excidium, captivitatem et opprobrium. S. Hieronymus, Remigius et Hugo putant Prophetam haec loqui ad Israel, id est, ad decem tribus, quia vers. 16, meminit Amri et Achab regum Israel. Malitius Theodoretus, Vatablus et Arias censent haec dici Judaeis, sive duabus tribubus. Videtur enim haec Propheta vaticinatus sub Ezechia, post excidium decem tribuum, uti dicit cap. 11, 12, cum sola duae tribus in Iudaea remanebant (1).

1. Audite quae Dominus loquitur: Surge, contende iudicio adversum montes, et audiant colles vocem tuam. 2. Audiant montes iudicium Domini, et fortia fundamenta terrae: quia iudicium Domini cum populo suo, et cum Israel dijudicabitur. 3. Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. 4. Quia eduxi te de terra Aegypti, et de domo servientium liberavi te: et misi ante faciem tuam Moysen, et Aaron? 5. Popule meus, memento quaso quid cogitaverit Balach rex Moab, et quid responderit ei Balaam filius Beor de Setim usque ad Galgala, ut cognosceres justitias Domini. 6. Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelso? numquid offeram ei holocaustomata et vitulos amniculos? 7. Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animae meae? 8. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: Utique facere iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo. 9. Vox Domini ad civitatem clamat, et salus erit timentibus nomen tuum: Audite, tribus, et quis approbabit illud? 10. Adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis, et mensura minor irae plena. 11. Numquid justificabo stateram impiam, et saccelli pondera dolosa. 12. In quibus divites ejus repleti sunt iniquitate, et habitantes in ea loquebantur mendacium, et lingua eorum fraudulenta in ore eorum. 13. Et ego ergo coepi percutere te perditione super peccatis tuis. 14. Tu comedes, et non saturaberis: et humiliatio tua in medio tui: et apprehendes, et non salvabis: et quos salvaveris, in gladium dabo. 15. Tu seminabis, et non metes: tu calcabis olivam, et non ungeris oleo; et mustum, et non bibes vinum. 16. Et custodisti praecepta Amri, et omne opus domus Achab, et ambulasti in voluntatibus eorum, ut darem te in perditionem, et habitantes in ea in sibilum: et opprobrium populi mei portabitis.

(1) Pars haec tertia Michaeae vaticiniorum continet (cap. vi, vii) prophetiam veluti mixtam ex legali continentione, et ex evangelica consuetudine constantem. Excitata Hebraeorum attentione ad iudicia Dei audientia, 1, 2; contentio legis suscipitur primo, per institutionem

objurgatoriam qua, primo, Propheta convincit populum tum ingratitude, pro beneficiis olim sub exitu ex Aegypto collatis, 3, 4; tum oblivionis documentorum de Dei iudicis datorum, 5; secundo, inducit Propheta populum hoc Dei iudicio justo compunctum deliberantem

vers. 1. 4. ADITE (o Iudaei, o Hierosolymite) quae Dominus loquitur (ad me Micheam, ut eadem vobis referam et annuntiem. Dicit ergo mihi Deus): Surge, contende. — Jubeat hic Deus Michaeae ut suo nomine contendat et disceptet cum Judaeis, eosque de sceleribus arguat. Paret jubeat Deo Propheta vers. 2, dicens: « Audiant montes iudicium Domini. » Simili modo contendit Deus cum Israele per Jeremiam, cap. 11, 9, dicens: « Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, et cum filiis vestris disceptabo. Transite ad insulas Cethim, etc., et videte si factum est huiusmodi. »

CONTENDE IUDICIO ADVERSUS MONTES, ET AUDIANT COLLES VOCEM TUAM. — Hebraeus: *Litiga cum montibus*; Septuaginta: *Judicare ad montes*; Pagninus: *Ostende iudicium montibus*. Unde a Castro censet hic citari montes tanquam testes, non tanquam reos; rei enim sunt Israelite. Verum melius Noster verit: « Contende iudicio adversum montes, » tum quia hebraeus מִן הַרִים, quando constructur cum אֵלֶיךָ, quod Latini vertunt, *litigare cum aliquo*, Hebraeis, aeque ac Latinis idem est quod litigare adversus aliquem; tum quia sic majus est orationis pondus et energia, ut jam ostendam. Citantur ergo hic montes ut rei, eo quod in montibus erecta fuerint et culta idola: licet enim proprie populus sit reus, tamen quia is durus et rebellis volebat audire Prophetas, et per eos litem et iudicium Domini, hinc ad pathos citantur montes, in quibus populus peccaverat, q. d. Vos, o montes insensibiles, magis sensati estis quam sensibiles Israelite; vos enim sentitis vocem et jussum Dei creatoris vestri, etque obediunt; quem illi non sentiunt. Vos ergo cito, ut incolas vestros, qui rei sunt, representetis; ut ipsi per vos audiant et cognoscant justam meam litem, actionem et querelam, et sequere reos fateantur, poenitent, et veniam petant. Est prosopopoeia: montes enim hic induuntur quasi personae vivae et rationales; quia ipsi per aras et idola, perque victimarum sanguinem, ossa et cineres quae in ipsis exsiliant, muta sed clara voce loquebantur Judaeorum idololatriam et scelera, ac consequenter justam Dei contra eos esse actionem et expostulationem. In hac ergo lite Deus est actor, Iudaei cum montibus totaque Iudaea sunt rei, pro eo est

secum, quo sacrificii genere, aut quo obsequio iratum sibi conciliet. Cui respondet Propheta docens necessarias verae justitiae partes ac conditiones, 8.

Secundo, per actionem veluti iudicalem, seu per reprehensionem scelerum, in qua primo, evocat ad audiendam Dei vocem ut nemo ignorantia se excusare possit, 9; secundo, causas paratae afflictionis commemorat, seu crimina iniquae alienorum possessionis, 10; iniustitiae in pondere et mensura, 11; rapinae et fraudulentiae, 12; tertio, denuntiat penas partim praesentes, 13, partim instantes: scilicet interitum hominum, 14; spoliationem bonorum, 15; excidium conjunctum cum ignominia Dei tantum ob mores corruptissimos, sed etiam ob defectuam obstinatam a Deo ad idola colenda, 16.

Micheas, iudices sunt angeli et homines; imo ipsimet rei, qui audita tam justa Dei beneficentissimi querela, non possunt non ipsi causam ad iudicare, et seipso ingratitude condennare. Ita Theodoretus, Arias et Clarus. Simili prosopopoeia terram Iudeorum citat et inclamat Jeremias, cap. xxii, 29: « Terra, ait, terra, ait, sermonem Domini. » Et Isaias, cap. 1, 2, citat caelos et terram: « Audite, inquit, caeli, et auribus percipite, terra, quoniam Dominus locutus est. »

Symbolice, per montes et colles Propheta intelligit principes et magistratus, qui in populo eminebant, sicut montes in terra, de quibus Habacuc cap. iii, 6: Dissolvit gentes, et contriti sunt montes saeculi; et in Psal. lxxi, 3: « Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam, » silem sunt « fundamenta terrae; » quia populum sustentant quasi fundamenta. Quocirca rex graeco dicitur βασις, quod sit quasi basis populi; et hebraice adon, id est dominus, dicitur ab אדן eden, id est basis. Ita S. Hieronymus, Haymo, Remigius, Lyranus et Vatablus. Iluc pertinet versio Chaldaei, qui per montes intelligit patres, per colles matres Iudeorum: Contende, inquit, cum patribus, et audiant matres vocem tuam. Unde S. Hieronymus per montes accipit Abraham, Isaac, Jacob et viros sanctos, qui posteris debebant esse regula vitae, et stimulus virtutis, ut appareat quam hi ab illis fuerint degeneres, quos in hoc iudicio parentum pietas et religio condennant. Quocirca viri sapientes docent nihil esse quod magis desidiam excutiat, stimulumque dat ad omnem virtutem, quam sibi jugiter ob oculos ponere viros sanctos, praesertim sui status et ordinis, qui strennam Deo et virtuti navarunt operam. Id quisque experitur in se, scilicet cum patrum, vel sanctorum quos colit et amat, heroica facta recogitat, mirifico se ad eadem imitanda excitari: « A bove majori discit arare minor. » Aureum est haec de re praecipuum Seneca, lib. I, epist. 11: « Aliquis vir bonus eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, et omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus praecipit, custodem nobis et paedagogum dedit; nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animus quem vereatur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctus faciat. O felicem illum, qui non actus tantum, sed etiam cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque ejus se componat atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, cito erit verendus. Elige itaque Catonem: si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lelium; elige eum cujus tibi placuit et vita, et oratio: et ipsis animum ante te ferens et vultum, illum semper tibi ostende, vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri seipsi erigant. Nisi ad regulam, prava non

corriges. » Ita P. Scipio Africanus iugiter sibi ob oculos ad imitandum proponebat Cyrum Xenophonis, Julius Caesar Alexandrum Magnum, Selymus Turcarum imperator Julium Caesarem. Plato Socratem adeo imitatus est, ut passim, etiam ab Aristotele, vocetur junior Socrates. Nam, ut ait Aristoteles lib. IX *Ethic.* : « Accipere virtus virtuosorum beatissima est vita. » Et Plutarchus in *Moral.* : « Sicut, ait, qui se comunt, adhibent speculum; sic gesturus negotium, proponat sibi laudatorum virorum exempla. » Et rursum: « Adversus omnes animi perturbationes, exempla quaedam optimorum virorum habenda sunt in promptu. » Denique S. Basilius, epist. ad Gregor., de *Vita solit.* : Sicut, ait, pictores saepe inspicunt exemplaria, ut ea expingant; sic qui studet perfectioni virtutis, debet ad vitas Sanctorum, quasi ad simulacra vita et actione praedita, saepe animi oculos convertere. Quocirca utilissimum est crebro vitas sanctorum lectitare. Id fecit S. Dominicus, S. Thomas Aquinas et alii; ac imprimis S. Ignatius, qui eorum lectione a miliari vita conversus ad sanctam et spirituales, fundator Societatis nostrae effectus est.

Mystice S. Hieronymus per montes accipit angelos e caelis ad nostram custodiam deputatos, quasi illi cicerent a Deo, ut hominum sibi commissorum, et scelorum quae ipsi commiserunt, rationem reddant. Verum hoc cum grano salis accipiendum; sollicit ut cicerent non tanquam rei, sed tanquam testes operum, quae homines ingens clientis pararunt. Nam aliqui id sapienter erroris Origenis, qui censebat angelos in hominum custodia mereri et demereri, ut, si bene eos custodierint, a Deo praerentur; si male, puniantur et in gehennam tradantur: ideoque adhuc non esse beatos, sed de sua salute et beatitudine incertos. Similis fuit error Magistri Sententiarum in II, *dist. XI*, lit. D, E et G, ubi docet angelos per custodiam hominum sedulam, usque ad diem iudicii crescere in merito et premio beatitudinis, non tantum accidentaliter, sed et essentialiter: quem ibidem refutant omnes Scholastici.

Vers 2. **2. AUDIANT MONTES JUDICIUM DOMINI.** — « Judicium » hisce duobus versibus sumitur pro lite judiciali et actione forensi. Unde Tigurina vertit: *Audite, montes, actionem*, id est, ut Vatablus, disputationem, rixam, controversiam, *Domini*: haec enim in iudicio ab actore agitur coram iudice, res se defendente.

ET FORTIA FUNDAMENTA TERRAE: — Septuaginta, *Et vales fundamenta terrae.* Sic et Chaldaeus, *Et radices*, inquit, *fundamentorum terrae.* Valles enim imae sunt quasi montium et terrae radices et fundamenta; atque Iudei non tantum in montibus, sed et in vallibus habebant suos luos et idola; tam ergo valles, quam montes suis sacrilegis sacrificiis contaminabant; unde valles saepe ac montes, quasi res cicerentur hic a Deo. *Secundo*, per epexegesis et posset accipi pro *id est q. d.* *Audite*,

montes qui forliter fundati estis in terra, ideoque oculis quasi robusta terrae fundamenta. Montes enim quia excelsi, fortia habent in terra fundamenta: perinde ac turres quo celsiores sunt, eo fortiora exigunt fundamenta. Ita Vatablus. Addit a Castro montibus et collibus quasi fundamentis, id est fulcris, terram fulciri. Unde Arias censet eos hic a Deo citari, potius quam caelum et terram; quia non modo caelum, quod natura sua est mobile, sed et terram ipsam in medio orbis contentam et permanentem, montes stabilitate et firmitudine vincunt, utpote qui robore, vallo et situ suo terram, ne vel ventorum impetu, vel calor vi, vel aquarum inundatione dissipetur, contineant. Itaque montes magne in rerum natura virtutis et constantiae nomen obtinent, sicut scriptum est *Psalm. LXIV.*: « Praeparans montes in virtute tua, accinctus potentia. » Clat ergo hic Deus montes eorumque fundamenta, id est radices; hisce enim quasi fundamentis ipsi innituntur, ut significet fortem et constantem suam potentiam et beneficentiam, ut in montes, ita et in eorum accolos Iudeos, qua tamen ipsi contra Deum abusi sunt ad cultum idolorum: quocirca pariter fortis et constantem hic eis item intendat, eo sensu quem paragrapho precedentem assignavi.

QUIA JUDICIUM DOMINI CUM POPULO SUO, — id est, ut Tigurina, *quia lis est Domino cum populo suo*, ut quae montes eorumque fundamenta accolit et sceleribus suis polluit, *d. g.* Paratus est Deus et intentus, ut lite disceptet cum populo suo.

ET CUM ISRAEL DJDICABITUR, — id est iudicio contendet et disceptabit. Ita Vatablus; unde Pagninus vertit: *Et cum Israel disputare vult, non speculative, uti disputamus in scholis, sed criminaliter, uti disputatur in tribunali.* Sic Job pro sua innocentia disputat cum amicis, et cum Deo; atque amicos vicit, sed a Deo victus est: « Disputare cum Deo cupio, » inquit ipse cap. *XIII*, 3; sed post disputationem, victus et confusus ait cap. *XLII*, 3: « Inspicenter locutus sum, et quae ultra modum excederent scientiam meam; » nimirum quod ausus sum Deum ad disputationem provocare, eique dicere: « Audi, et ego loquar: interrogabo te, et responde mihi, » unde penitens subdit vers. 6: « Idcirco, inquit, ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere. » Ita quisque in hora mortis, puta in iudicio particulari, disputabit defendetque theses de anima, non specifica, sed individua et sua; argumentantes erunt demones, imo Deus ipse. Studeat ergo quisque bene non speculari, sed vivere, ut argumentis et objectionibus omnibus, quae de vita bene vel male transacta proponuntur, satisfacere possit. Sapienter noster Thomas, lib. I *De Imitat. Christi*, cap. in: « Certe, ait, adventante die iudicii non quaeretur a nobis quid legimus, sed quid fecimus; nee quam bene diximus, sed quam religiose vivimus. » Tunc enim Christus Dominus, magistrorum Magister, omnium

lectiones audiet, omnes examinabit, cum omnibus disputabit de moribus et vita cujusque. Ita Climachus, in *Gratu timoris*, refert disputationem Stephani viri sancti cum demonibus in agone mortis, in qua aliquando respondebat, aliquando victus succumbebat, ut ingentem horrorem astantibus incuteret. S. Hieronymus, epist. ad *Eustochium*, narrat se, cum magis Ciceroni quam S. Scripture addictus esset, raptum ad Christi tribunal, ibique examinatum ab eo ac diverberatum.

3. POPULE MEUS, QUID FECI TIBI? (Hic incipit iudicium, id est lis, actio et accusatio Domini, eaque nervosa et pathetica. Jam *primo*, Arias haec legit per notam admirationis, sicque explicat, *g. d.* *Popule meus*, quot quantaque bona feci tibi! quanta beneficia in te contuli! quomodo ergo eorum oblivisci, isque ingratus existere potuisti? *Secundo* Chaldaeus vertit: *Quid boni dixi me facturum tibi, quod non fecerim? Tertio*, alii passim sic explicant, *g. d.* *Quid mali feci tibi?* quare te offendi? quam occasione desciscendi a me tibi dedi? Sequitur enim): **AUT QUID MOLESTUS FUI TIBI?** — Pro quo S. Hieronymus in *Comment. vertit*: *Quo labore te pressi?* Pagninus: *In quo laborare feci te?* Vatablus: *Quam rem fatigavi te*, vel feci te defecere? Chaldaeus: *Quam infirmitatem gravem multiplicavi super te?* Proprie enim, ut patet ex sequentibus, respicit miraculum illud ingens et continuatum, quo Deus Hebraeos quadraginta annis per desertum deduxit sanos et vegetos, ita ut labore itineris non fatigaretur, nullique inter eos essent infirmi vel aegri, juxta illud *Psalm. CIV*, 37: « Et non erat in tribubus eorum infirmus. » Et *Deut. VIII*, 4, ait Moyses Hebraeis: « Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit; et pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. » Ita explicant S. Hieronymus, Remigius, Rupertus, Hugo, Dionysius et alii.

Secundo tamen, generatim haec verba, ut sonant, accipi possunt de qualibet molestia, *g. d.* *Qua in re te afflixit?* qua in re tibi molestiam exhibuit? An quod in deserto pro capris Aegypti, tibi manna plui? at manna non amarum erat, sed gratum et sapidum, habens omnem saporis suavitatem, *Sapient. XVI*, 20; erat enim panis caeli et angelorum, *Psalm. LXXVII*, 25. An quod ex Aegypto in desertum te eduxi, et pro domibus in lentoris, vel potius sub dio habitare te feci? at columna nubes te ab imbre, aestu, omnique aere intemperie protexi, mitiusque te tractavi, quam si in aula Pharaonis habitasses? An quod leges tot, tamque varias per Moysen tibi dederim? at qui manna te alui, iure meo potui et leges dare, juxta vetus dictum: « Cum paveris, impera. » Rursum hasce leges exigebat tua pronitas in superstitiones, idololatrias et novitates quaslibet, quae hisce legibus defendenda, occupanda et renandanda erat; eaque longe suaviores sunt legi-

bus idololorum et gentium, uti tu expertus es, cum ex earum praescripto filios et filias tuas idolo Moloch concremastis, etc. Unde Syrus vertit: *Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te?* (Arabicus, *persecutus sum te*), *demonstra mihi*; Arabicus, *argue me*. Hinc et sequitur.

4. QUIA EDUXI TE DE TERRA AEGYPTI: — Nota haec *Vers 4.* cum Romanis legenda esse per interrogationem, *g. d.* *Estne hoc quod mihi objicis quasi te afflixerim, quod scilicet te eduxi e terra et servilute Aegypti?* nec enim video aliud quid mihi possis objicere, nisi hoc aliaque similia beneficia, quae exinde continua et plurima in te contuli: nihil enim mali tibi irrogavi. Esto enim permiserim quandoque te affligi a Philistaeis, Idumaeis aliisque gentibus; tamen id non feci nisi provocatus a te, ad tua scelera castiganda et cohibenda. Hoc ergo bonum tuum fuit, non malum; ac proinde ego id permisi non ex odio, sed ex amore tui. Est mycterismus, sive tacita subsannatio. Vide *Canon VII*, in Proemio operis.

DE DOMO SERVIENTIUM LIBERAVI TE. — Hebraeus, *De domo servorum*; Septuaginta et Chaldaeus, *De domo servitutis*: ita vocatur Aegyptus; quia talis fuit Hebraeis, qui quasi mancipia Aegyptiorum serviebant eis in latere et luto, *Ezod. I* et sequent. Addit Arias et Vatablus Aegyptium vocari domum servitutis, ex eo quod Aegypti fuerit servi; utpote servituti addicti a Noe maledictio filio suo Cham: « Servus servorum erit frateribus suis, » *Gen. IX*, 23. Nam filius Cham fuit Mesaim primus Aegypti incolae, paterque et nomenclator Aegyptiorum: nam Aegyptus, hebraice vocatur Misraim, *g. d.* in Aegypto serviebas non nobilibus, non dominis, non ingenuis; sed servis, et olim a primo parente suo Noe servitute damnalis, quibus servire vilissima erat servitus: quanta ergo fuit vilitas, tanta fuit mea in te clementia, cum ex ea te eduxi.

ET MISI ANTE FACIEM TUAM MOYSEN, ET AARON ET MARIAM? — Hi tres fuerunt duces et directores Hebraeorum egredientium ex Aegypto, per quos Hebraei ingentia acceperunt beneficia. Nam a Mose per desertum deducti, gubernati, et cibo caelestis pasti sunt: ab Aarone per sacrificia, Illustrationes, expiationes, preces et vota expiati, Deoque reconciliati sunt: a Maria prophetissa, doctrina et gubernationem feminarum acceperunt. Unde Chaldaeus vertit: *Misi ante te tres Prophetas, Moysen, Aaron et Mariam: Moysen ad docendum iudiciorum traditionem, Aaron ad capiendum populum, Mariam ad eruditionem feminarum.* Ita S. Hieronymus, Haymo, Remigius, Lyranus et Hugo.

Allegorie, Moses representat principatum et Moraliter, legislationem Christi in Evangelio, Aaron ejusdem pontificatum et sacerdotium, Maria B. Marius est Jesus et Maria.

orbis et seculorum omnium beneficium a Deo datum, est Christus et Maria. Sicut enim bonum domus ample consistit in strenuo patrefamilias, et sedula matrefamilias; ita bonum Ecclesie consistit in Christo et Maria: quam proinde S. Leo, serm. *1 De Pass.*, salutiferam Virginem nuncupat. Et S. Germanus, patriarcha Constantinopolitana, in orat. *De Desipara*: Sicut, inquit, continua respiratio non solum est signum vite, sed etiam causa; sic sanctissimum Mariæ nomen, quod in Dei servorum ore assidue versatur, simul argumentum est quod vere vita vivat: simul etiam hanc ipsam vitam efficit et conservat, omnemque eis letitiam et opem ad omnia impartitur. Deus ergo in peregrinatione et navigatione hujus vite tam obscura et periculosa, dedit nobis Mariam, quasi stellam maris et cynosuram, qua iter nostrum dirigat, et ad portum salutis perducet. Et S. Bernardus, hom. *2 super Missus est*: « Si insurgant, ait, venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum; respice stellam, voca Mariam: si jactaris superbie undis, si ambitionis, si detractionis, si emulacionis, respice stellam, voca Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde; et ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias; ipsam rogans, non desperas; ipsam cogitans, non eras: ipsa tenente, non corrui; ipsa protegente, non metuis: ipsa duce, non fatigaris; ipsa propitia, pervenis. » Idem, serm. *1 in Nativitate B. Mariæ*: « Altius, inquit, intemini quanto devotionis affectu a nobis Mariam voluerit honorari: ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratie, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens. Hortus plane deliciarum, quem non modo afflaverit veniens, sed et perflaverit superveniens Auster ille divinus, ut undique fluant et effluant aromata ejus, charismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle Mariam hanc maris stellam; maris utique magni et spatiosi, quid nisi caligo involvens, et umbra mortis, ac densissima tenebræ, relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, totis preciorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur: quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. »

Impropria
Pars
tasque
hinc po
tita.

Quocirca Ecclesia in Parasceve hæc omnia apostate et pathetice Christo adaptat, earque usurpat et canit in adoratione et deosculacione crucis; ut quisque Christum crucifixum deosculans, putet sibi hæc a Christo dici, quæ ad litteram Judæis dicta sunt: non enim tam Judæi quam quisque suis peccatis Christum flagellavit, spinis coronavit et crucifixit. Audi carmen, imo improperium et thronos Christi in cruce, petros ex hoc loco *Micheam*, et ex *Jerem.* xi, 16, qui corda saxea emolliant, solvantque in lacrymas; singula enim

beneficia Christi, singulis Judæorum in eum maleficio directe opponunt, ideoque totidem impropria ingratulitatem in faciem ingerunt. Preceiores præcunt singula, chorus deinde totus vice Christi proclamant, iteraque jugiter et inculcat Trisagion; et: « Popule meus, quid feci tibi, » etc. Sic ergo inchoant bini præceiores: « Popule meus, quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi. Quia eduxi te de terra Egypti, parasti crucem Salva- tori tuo. » Chorus alternatim respondet: *ἄνθρωπος ὁ θεός, sanctus Deus: ἄνθρωπος τρυφή, sanctus fortis: ἄνθρωπος ἀκρίβεια, Sanctus immortalis, miserere nobis.* » Rursus præceiores: « Quia eduxi te per desertum quadraginta annis, et manna cibavi te, et introduxi te in terram salis optimam. » Chorus respondet: « *ἄνθρωπος ὁ θεός, sanctus Deus, »* etc. Preceiores iterum: « Quid ultra debui facere tibi, et non feci? Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam, et tu facta es mihi nimis amara; aceto namque siliam meam potasti, et lancea perforasti latus Salva- tori tuo. » Chorus respondet: *ἄνθρωπος ὁ θεός, etc.* Urgent præceiores: « Ego propter te flagellavi Egyptum cum primogenitis suis, et tu me flagellatum tradidisti? » Chorus respondet: « Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi? » Pergunt præceiores: « Ego eduxi te de Egypto, demerso Pharaone in mare Rubrum, et tu me tradidisti principibus sacerdotum. » Chorus respondet: « Popule meus, quid feci tibi, et tu me tradidisti principibus sacerdotum. » Chorus respondet: « Ego te aperui mare, et tu aperuisti lancea latus meum. » Chorus respondet: « Popule meus, quid feci tibi? » Instant præceiores: « Ego ante te præivi in columna nubis, et tu me duxisti ad prætorium Pilati. » Chorus respondet: « Popule meus, » etc. Rursus præceiores: « Ego te pavi manna per desertum, et tu me cecidisti alapis et flagellis. » Chorus respondet: « Popule meus, » etc. Iterum præceiores: « Ego te potavi aqua salutis de petra, et tu me potasti felle et aceto. » Chorus respondet: « Popule meus, » etc. Adhuc præceiores: « Ego propter te Chanaanorum reges perculsi, et tu percussisti arundine caput meum. » Chorus respondet: « Popule meus, » etc. Denique præceiores: « Ego te exaltavi magna virtute, et tu suspendisti me in patibulo crucis. » Chorus respondet: « Popule meus, quid feci tibi? » etc. Ac mox una voce exclamant: « Crucem tuam adoramus, Domine, et sanctam resurrectionem tuam laudamus et glorificamus. Ecce enim propter lignum venit gaudium in universo mundo. » Quocirca S. Ambrosius in *Psalm.* i ad illud: *Et vincas cum judicaris*, urgens hæc Michæe verba: « Singula, ait, in conspectu tuo locat beneficia sua, ut tanquam de his judices que servare debueras, quo magis reus fias, qui divinis non potueris stare beneficiis. Quid feci, inquit, tibi? Tanquam reum se constituit, et te judicem. Aut quid contristavi te? Offensi vultus

non abnuit crimen, si tu Deo es contristatus auctore. Aut quid molestus tibi fui? Interpellationis injuriam confiteri, si molestior astimata est: addit beneficium, quorum gratiam non erubuit, qui existerat ingratum, » Hinc collige quam justa et gravis erit querela Dei in die judicii contra impios, qui vocantem aspernati sunt, et tot ejus beneficiis tanta maleficio reddiderunt. Similis ex- postulatio acris, reprobis a Christo judice inten- tanda in die judicii, exstat apud S. Augustinum (vel quisquis est auctor; non enim videtur esse S. Augustinus), tract. *De Vanitate sæculi*, cap. iii, tom. ix.

5. POPULE MEUS, MEMENTO QUID COGITAVERIT (hæbraice *יְיָ לֹאֵס*, id est consultari cum suis principibus, et maxime cum Balaam ariolo, quaerens ab eo consilium modumque quo te interimeret et perderet) BALAC, REX MOAB, ET QUM (consultus ab eo) RESPONDERIT EI BALAAC FILIUS EDOUR, DE SETIM USQUE AD GALGALAM. — Pro *Setim* Septuaginta verunt *עֵצוֹן*, id est *lentissis*: perperam enim in his legitur *עֵצוֹן*, id est *funiculus*, ait S. Hieronymus. Refrict hæc historiam Balac vocantis Balaam, ut malediceret Israeli castrametanti in Setim, *Núm.* xxii et sequent. (1). Ex Setim Josue, cap. ii, 1, misit exploratores in Jericho, ac mox transmissio Jordane, eam obsedit et cepit: Setim enim a Jordane distabat septem milliaribus Italicis cum dimidio, id est duabus leucis Gallicis cum dimidia; transitio Jordane, Josue perrexit in Chananea ad sex millaria, id est duas leucas; et prima castra fixit in loco quem vocavit Galgala, id est devolutio, amotio, scilicet præputii et opprobrii Egyptiorum. Ibi enim circumcidit Hebræos, itaque eos a vita et moribus Egyptiorum incircumcisorum per circumcisionem amovit, ac in novam gentem legemque, et Ecclesiam sanctam Dei transtulit, *Josue* v, 9. Sed quaeritur quid sibi velit *is a Setim usque ad Galgalam?*

Primo, aliqui sic exponunt, q. d. Balac petit a Balaam, ut malediceret castris Israelis, quæ a Setim protendebantur usque ad Galgalam. Ita Remigius, Rupertus et Lyranus. Verum hoc falsum esse nam, ut dixi, castra Israel tunc erant in Setim, et distabant a Jordane septem, a Galgala decem milliaribus; ac post mortem Mosis, Jo-

sue castra traduxit et Setim per Jordanem in Galgalam.

Secundo, S. Hieronymus et Haymo exponunt, q. d. Memento, o Israel, quanta mala contra me sis operatus a tempore quo fornicatus es, et co- luit Belphegor in Setim, usque ad tempus quo Saul creatus est rex in Galgali: et ex adverso quot quantaque ego in te bonis contulerim; et videbis quam ego in te beneficis, tu in me male- ficus et ingratul fueris. Verum hic sensus nimis remotus est: agitur enim hic de tempore Mosis, non Saulis.

Terio, Chaldeus, Vatabius, Arias et Clarus re- petunt verbum *memento*, et sic exponunt, q. d. Memento, o Israel, quanta curæ, quot miraculis et portentis ego ex Setim perduxerim te in Galgalam, puta in ipsam Chananeam. Nam, ut alia ta- ceam, miraculose fidi Jordanem, ejusque aquas suspendi et stiti, ut tu per medium ejus alveum sicco pede transires in Galgalam. Verum hæc sen- tentia multa subaudit et supplet, que non ha- bentur in textu, nimirum hæc omnia: Memento quot miraculis te perduxerim.

Quarto, ego dico plane et simpliciter cum Ru- bera hæc verba: « De Setim usque ad Galgalam, » connexa esse cum precedentibus, et ab his pen- dere, ut patet ex textu Hebraico, Græco et Latino. Unde sensus est, q. d. Memento quid responde- rit, quamque malum consilium Balac regi de- derit Balaam; nimirum cum videret se Israeli maledicere non posse, cogique a Deo ad bene- dicendum, suasit Balac regi ut puellas Moabitides et Madianitides speciosas, quasi vendituras cibos Israeli, in castra submitteret, que cum ad fornicationem, et per eam ad idololatriam solli- citarent; sic enim fore ut Israel, deserens Deum, ab eo ejusque operi victus erat, vicissim desereret, itaque a Balac superari et cædi posset. Vide dicta *Núm.* xxv, 4, et *Apoc.* ii, 14.

Dices: Hoc consilium dedit Balaam in Setim tantum, non usque ad Galgalam. Nam antequam ex Setim Hebræi pergerent in Galgalam, Jussu Dei Josue indixit bellum Madianitis, in quo omnes cum feminis, quæ hoc scandalum Israeli dede- rant, ipsamque Balaam scandalum auctorem occi- dit, ut patet *Núm.* xxxi, 2, 8, 16. Respondeo: Verum est Balaam et Madianitides fuisse occasione Israele morante in Setim; sed tamen ante hoc bellum et eadem, Balaam suscitavit Balac regi ut puellas tentatas jam dietas, non tantum in Setim, sed continue a Setim usque ad Galgalam, Israeli submitteret, scilicet usque ad terminos regni sui, donec Israel ex Moab introiret confi- nem Chananeam, primaque castra figeret in Galgala. Id enim expresse hic dicitur: volebat enim impius Balaam assecurare regnum Moab Balac regi, planeque et continue populum Israel perdere; unde longum et continentium voluit esse hoc mulierum scandalum. Mentebat enim ne, si in Setim tantum illud obijceret Israeli, pauci ex eo cæperentur;

(1) Que quis in alterum præceat, sive bona, sive mala essent, nunquam rata habere, vetus omnibus pene populis insita opinio erat. *Hor. Epod.* v, 88: Diris agam vos: dira detestatio. Nulla expiatur victimis. Sic ille apud Homerum Phœnix se ob patrii diras sine prole mansisse queritur, *Iliad.* ix, 453 et seqq. Cum igitur tam efficaciter credentur diræ, præsertim si a vate pronuntiatæ essent, hanc mirum, inter magna in populum Hebræorum a Jova collata beneficia illud referri, quod diras, quibus populum Hebræorum Balac jussa Balaam devovere volebat, non modo averteret Jova, verum et eundem illum vatem cogeret, ut populo optima queque præceat. Quod ipsum, ut ingens beneficium, Israelitis in memoriam revocat Josue in ultima ista ora- tione sua, cap. xxv, 8 et seqq. (Rosenmüller.)

nec per se placent Domino; sed ita demum placebunt, si offerantur cum fide, humilitate, contritione, amore et reverentia summe majestatis, quam peccatis vestris inhonorastis et offendistis. Nota *in curvabo*, *q. d.* Sufficite Deo curvare genua, uti faciunt jam nonnulli nobiles et aulici, qui unum duntaxat curvant genua dum orant, aliud erigunt quasi Deo, nisi det quod petunt, restituri, aut gladiis postulaturi, quod precibus impetrare nequeunt.

7. AUT IN MULTIS MILLIBUS HIRCORUM PINGUIUM. — Hebræus: *In multis millibus torrentium olei*, vel *vallium pinguedinis*; Chaldæus: *In myriadibus torrentium olei*; Tigurina: *Numquid placent Deo mille torrentes olei*; Noster cum Septuaginta vertunt, *hircos*, vel *capras pingues*. Peles cur? Respondent aliqui *primo*, quia per valles pingues melonymice et hyperbolice intelliguntur hirci et caprae, quæ illas depascendo, impinguantur, quasi dicas: Numquid offeram Deo valles plenas ovibus pinguisimis? sed quid hæc sunt coram Deo immenso et altissimo?

Secundo, simpliciter et planius repetas *arietum*, quod præcessit; aut potius, ne idem repetas, repete quid simile, puta *hircorum* cum Septuaginta et Nostro, *q. d.* In multis millibus *hircorum*, similiumve pædum *vallium pinguedinis*, id est quæ pascuntur in vallibus et pascuis pinguis, ideoque sunt pingues et ipsæ. Ex adductis enim patet hoc substantivum debere supplere. Præcessit enim: « Numquid offeram ei holocausta et vitulos amniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum? » Ergo pariter hic arietes vel hirci subaudiendi debent. Aliter Clarius et Arias. Nam per torrentes olei accipiunt sacrificium *mincha*, id est panis et simile: hoc enim oleo mixtum et conditum offerebatur Deo.

NUMQUID DABO PRIMOGENITUM MEUM PRO SCelere meo? — Numquid Deus a me possit piaculum et victimam filii, uti ab Abrahamo poposcit jugulationem Isaaci? aut potius sicut Soturnus, Moloch alique dii gentium, quos colimus, poscunt victimas humanas, filios scilicet et filias, *Jerem. xix, 3.*

8. INDICABO. — hebræice *הגיד* *higgid*, id est indicavit, annuntiavit. Unde Chaldæus et Terullianus, lib. IV *Contra Marc.* cap. xxxvi, per interrogationem ita vertunt: *Num annuntiabit tibi, homo, quid bonum sit, q. d.* Minime; sed Dei est idipsum annuntiare. Alii sine interrogatione assertive vertunt: *Annuntiabit tibi, homo, quid bonum sit*; homo hic est Moses, Prophetae, ac nominatim Micheas. Ita Paginus, Vatablus et alii. Unde Septuaginta vertunt: *Annuntiatum est tibi, homo, quid bonum sit*, scilicet in lege et Prophetis. Ita Theodoretus. Noster pro *הגיד* *higgid* in præterito, legit alio puncto *הגיד* *haggid* in infinitivo: infinitivus enim sepe ponitur pro futuro apud Hebræos, æque ac apud Græcos et Italos: aut forte

Vers. 6.

6. QUID DIGNUM OFFERAM DOMINO? — Sunt verba populi, puta Israelis penitentis. Ilum enim holoquentem inducit Propheta, et quasi per dialogismum interrogantem quid Deo offerre debeat, ut ei placeat, illumque placet et sibi reconciliet. Id facit, ut interroganti respondens doceat populum, quid Deo prestare debeat; uti de facto respondens docet vers. 8. At ergo populus: « Quid dignum offeram Domino? » etc. Septuaginta: *In quo apprehendam Dominum? suscipiam Deum excelsum?* Chaldæus: *In quo serviam coram Domino? me submittam Deo, cujus in caelis altissima residet majestas?* Hebræa ad verbum habent: *In quo præoccupabo Dominum, curvabo me Deo celsitudinis?* Tigurina: *Qua re occurram Domino? incurvane incedam coram Deo excelso?* *q. d.* Quid offeram Domino, ut ejus gratiam promerere? offeramne holocausta et victimas? Respondet Propheta: Minime: hæc enim peccata non expiant,

pro *haggid* legit *הגיד* *aggid*, id est indicabo? Denique si malis legendum cum aliis *higgid*, id est annuntiavit; subaudi, Deus per me Micheam, quod idem est cum eo quod vertit Interpres: « Indicabo tibi, o homo. » Hic respondet Propheta populo interroganti: Quid offeram Domino? qua re placebo Deum?

ET QUID DOMINUS REQUIRAT A TE: UTIQUE FACERE JUDICIUM. — Hebræus et Chaldæus: *Et quid Dominus requirit a te, nisi ut facias judicium?* Quæres quodnam sit hoc judicium? *Primo*, S. Hieronymus, Haymo, Remigius et Dionysius per *judicium* accipiunt discretionem et prudentiam, *q. d.* Quid Deus poscit a te, nisi ut omnia agas discrete et prudenter, juxta præscriptum legis? Unde Vatablus putat hic significari tria, et omnia fidelis Christiani hominis officia, quibus ipse totidem respelibus et debitis suis satisfacit: debet enim rec'e se gerere et componere erga seipsum, erga proximum, et erga Deum. Judicium recte componit hominem erga seipsum, misericordia erga proximum, sollicitudo erga Deum: sibi ipsi enim homo debet judicium, ut omnia cum ratione et prudentia agat: proximo misericordiam, Deo sollicitam cum eo ambulationem. Ita S. Bernardus, serm. 37 *in Cantic.*, in tribus ponit plenam hominis perfectionem, « ut, inquit, sit placens Deo, cætuus sibi, utilis proximo. »

Secundo, Theodoretus, Lyranus et Arias per *judicium* accipiunt justitiam, *q. d.* Quid Deus requirit a te, nisi ut nulli facias injuriam, sed cuique tribuas quod ex jure et justitia ei debes?

Tertio, magis apposite et genuine Rupertus per *judicium* accipit satisfactionem penitentiae, *q. d.* Quid Deus requirit a te, o peccator, nisi ut prævenias Dei judicium, teque iudices antequam ipse te judicet et condemnet, uti jubet Apostolus I *Corinth. xi, 31*; Deus enim non querit oves et boves, sed cor contritum et humilatum. Age ergo, consende tribunal rationis tue, eo cita voluntatem tuam quasi ream, ejus actus et peccata examina, judica, condemna, ac meritum supplicium et penitentiam ei inflige; ita fiet ut reconcilies tibi Deum offensum, præsertim si huic iudicio addas misericordiam et elemosynam in pauperes. Elemosyna enim penitentiae dat alas, eamque tollit in cælum, ait S. Chrysostomus hom. 5 *De Patientia*, ac justitiam per penitentiam accipiam conservat et adauget. Unde S. Augustinus explicans hæc Micheas verba, serm. 136 *De Temp.*: « Quærebis, inquit, quid offeres pro te? offer te; quid enim Dominus querit a te, nisi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit te. Querit te a te, quia tu perdidiceras te. » Ita Eschines, ait Seneca lib. I *De Benef.* cap. viii; cum pauper nil haberet quod daret Socrati suo magistro, donavit seipsum, dicens: Alii multum tibi dederunt, sed plus sibi reliquerunt; ego vero nihil mihi reservo. Cui Socrates: « Quidni tui mihi magnum munus dederis, nisi forte parvo te æstimas? »

Pergit S. Augustinus: « Si autem facias quod justis, invenit in te judicium et justitiam; judicium primo in teipso, justitiam ad proximum tibi. Quomodo judicium in teipso? Ut displicas tibi quod eras, et possis esse quod non eras. Judicium, inquam, de te ipso in te ipso, sine acceptione personarum tuarum; ut non parcas peccatis tuis, nec ideo tibi placeant, quia tu facis. Nec te laudes in bonis tuis, et Deum accuses in malis tuis. Hoc enim est perversum judicium, et ideo nec judicium, sed vitium. » Et mox: « Vis ergo facere rectum judicium? corrige præpostera, et rectum erit. Quid est corrige? Deum lauda in bonis tuis, te accusa in malis tuis, » etc., *q. d.* Puni voluptatem peccati dolore contritionis, gemitibus et voluntariis penis: puni superbiam culpæ humilitate et pudore confessionis, quia non tantum homini, sed et sacerdoti illa verecunde et dolenter confiteare.

Quarto, magis ample et plenissime, per *judicium* accipe omne debitum virtutis, puta quidquid debemus proximo, nobis et Deo, sive id debeamus ex justitia, sive ex penitentia, sive ex religione, sive ex gratitudine, sive ex charitate, sive ex qua alia virtute; judicium enim opponitur misericordiam. Sicut ergo misericordia significat opera liberalia charitatis, aliarumque virtutum indebita; ita judicium significat ea quæ debita sunt. Quocirca Scriptura per *judicium* et *miseri-* cordiam solet significare et complecti omne virtutis officium, omneque opus bonum: omne enim vel debitum est, vel indebitum: si debitum, est judicium; si indebitum, est misericordia. Ita *Psalm. c, 4*: « Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine; » *Psalm. lx, 8*: « Misericordiam et veritatem ejus quis requirit? » *Psalm. lxxxiii, 12*: « Misericordiam et veritatem diligit Deus; » *Psalm. lxxxiv, 11*: « Misericordia et veritas obviaverunt sibi; » *veritas* enim idem est quod judicium sive justitia. Unde explicans subdit: « Justitia et pax osculate sunt. Veritas de terra orta est; et justitia de cælo prospexit. Etenim Dominus dabit benignitatem. » Sicut ergo *Psalmes* omne officium hominis, *Psalm. xxxvi, 27*, hisce duobus præceptis concludit: « Declina a malo, et fac bonum, » ita Micheas hic idem totidem, scilicet iudicio et misericordia, complectitur, *q. d.* Si vis reconciliari tibi Deum, eique per omnia placere, fac opera virtutis tam lege præcepta, quam consilia, puta libera et voluntaria. Favent huic expositioni ea que sequuntur: nam mox vers. 10, opponit judicium et misericordiam a se requisitis, injustitiam et immisericordiam Judeorum, puta iniquas eorum mensuras, fraudes et dolos, *q. d.* Deus a vobis, o Judei, requirit *primo*, judicium, quia vos ex injusta corrogatis opes et thesauros per fas et nefas; *secundo*, misericordiam, quia vos immisericordes inique opprimitis pauperes; *tertio*, sollicitudinem ambulandi cum Deo, quia vos solliciti ambulatis in præceptis Amri, cum ejus Baalim et idolis uti audiemus versu 16.

Vers. 8.

Vers. 7.

oratione distrahi posset, dum cogitat se in presentia tante majestatis consistere, ac cum Deo colloqui. » Ita habet ejus Vita, quam stricte examinantes auditores Rôte in processu canonizationis ejusdem, eidem titulum *Angelici* indidere, quod quasi angelus coram Deo jugiter versaretur.

Jam vero hæc sollicitudo ambulandi cum Deo, non ad solos Religiosos vel Ecclesiasticos, sed et ad laicos, conjugatos, omnesque homines pertinet. Nec enim in sola oratione et collocutione cum Deo, sed in omni proprus actione requiritur: nimirum ut omnia opera nostra, etiam corporalia et secularia, quantumvis levia et parvi momenti, faciamus sollicite, exacte et perfecte, juxta legem et voluntatem Dei, ut illi placeamus magis, magicisque eum oblectemus. Hoc est quod jubet Ecclesiasticus cap. xxxiii, 23: « In omnibus, inquit, operibus tuis præcellens esto. » Deo enim gratior est actio in se levior et vilior, facta excellenter, quam excellens in se, facta mediocriter, vel obiler et leviter. Deus enim non considerat quantum, sed ex quanto; nec quid facias, sed ex quanta virtute id facias.

Quocirca in omni opere, etiam minimo, sollicitos nos esse oportet, ut illud faciamus quam esse Deo, cum eoque ambulare. Audi S. Dionysium, *De Eccles. Hierarchy*, cap. vi: « Religiosi est unum ipsum ambire, et ad sacram monadem cogi, » juxta illud Christi: « Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. » Hinc Climachus, cap. i: « Monachus, ait, est qui semper habet spiritum elevatum in Deum, et oral in omni loco, tempore et negotio. » Et S. Chrysostomus lib. I *De Orando Deum*: « Oratio, ait, est anima et spiritus vite religiose et perfectæ. » Et S. Bonaventura, *opus. De Perfectione vite*, cap. v, docet religiosum non frequentantem orationem, gestare animam mortuam in corpore vivente; et esse sicut corpus sine anima, habens illud quod externum est in religione, absque eo quod internum est. Idem: « Languida, ait, et infirma est religio, quæ non multum habet orationis. » Quin et Iamblicus philosophus, *Protrept.* cap. i: « Sapere, ait, et contemplari virtutis est opus. » Idem, cap. iii: « Dei cognitio (et contemplatio) est perfecta felicitas. » Et Livius, *de ad.* l. lib. V: « Omnia, ait, prospera veniunt sequentibus deos, adversa spernantibus. » Et Seneca, *epist.* 103: « Magnus, ait, et generosus est humanus animus, nullos sibi poni nisi communes cum diis terminos patitur. »

9. VOX DOMINI AD CIVITATEM CLAMAT: — vel ad Samaritiam, uti voluit Remigius et Hugo; vel potius ad Jerusalem: de ea enim continuo agit a cap. iii, 9, usque ad finem libri, uti ibi dixi. Ita S. Hieronymus, Haymo, Rupertus, Vatablus et alii, q. d. Deus per me Micheam aliosque Prophetas iterum iterum clamavit adversus Jerusalem, eique ob scelera minatur excidium et in-

« current, et non laborabunt, » propter delectationem qua Deus illorum corda dilatat, juxta illud Psalmis, *Psalm.* cxviii, 32: « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, ambulabunt, et non deficient; » sed perseverabunt in sollicitudine, et operibus obsequii ejus, donec gloriæ coronam obtineant.

AMBULARE CUM DEO TUO, — id est Deo per omnia adherere, eum ubique præ oculis habere, illius jussa, voluntatem et nutum exacte observare et explere, illi per omnia placere et satisfacere. Sic Enoch et Noë quasi fideles servi, imo amici et filii, dicuntur ambulasse cum Deo, *Genes.* cap. v, 22, et cap. vi, 9. Vide ibi dicta. Præclare Seneca in *Sopiente*, et lib. *De Tranquill.*: « Si, inquit, hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inler adversa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex æquo deos, non subibit te veneratio ejus? Non dices: Ista res major est aliorumque, quam ut credi similis huic, in quo est corpusculo, possit. » Hoc acquirit homo orando et conversando cum Deo. Quocirca hoc debet esse opus, hæc occupatio jugis viri religiosi, et tendentis ad perfectionem, nimirum familiarem esse Deo, cum eoque ambulare. Audi S. Dionysium, *De Eccles. Hierarchy*, cap. vi: « Religiosi est unum ipsum ambire, et ad sacram monadem cogi, » juxta illud Christi: « Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. » Hinc Climachus, cap. i: « Monachus, ait, est qui semper habet spiritum elevatum in Deum, et oral in omni loco, tempore et negotio. » Et S. Chrysostomus lib. I *De Orando Deum*: « Oratio, ait, est anima et spiritus vite religiose et perfectæ. » Et S. Bonaventura, *opus. De Perfectione vite*, cap. v, docet religiosum non frequentantem orationem, gestare animam mortuam in corpore vivente; et esse sicut corpus sine anima, habens illud quod externum est in religione, absque eo quod internum est. Idem: « Languida, ait, et infirma est religio, quæ non multum habet orationis. » Quin et Iamblicus philosophus, *Protrept.* cap. i: « Sapere, ait, et contemplari virtutis est opus. » Idem, cap. iii: « Dei cognitio (et contemplatio) est perfecta felicitas. » Et Livius, *de ad.* l. lib. V: « Omnia, ait, prospera veniunt sequentibus deos, adversa spernantibus. » Et Seneca, *epist.* 103: « Magnus, ait, et generosus est humanus animus, nullos sibi poni nisi communes cum diis terminos patitur. »

9. VOX DOMINI AD CIVITATEM CLAMAT: — vel ad Samaritiam, uti voluit Remigius et Hugo; vel potius ad Jerusalem: de ea enim continuo agit a cap. iii, 9, usque ad finem libri, uti ibi dixi. Ita S. Hieronymus, Haymo, Rupertus, Vatablus et alii, q. d. Deus per me Micheam aliosque Prophetas iterum iterum clamavit adversus Jerusalem, eique ob scelera minatur excidium et in-

Ambula-
re cum
Deo
quasi?

excidium. Videtur enim hic Propheta novam ordiri, vel potius veterem innovare litem Dei contra Jerusalem, ejusque rapinas et injustitias in proximos accusare et plectere. Unde Hebræi hic in hoc novum caput. Ita S. Hieronymus, Theodoretus et alii jam citati. Pro civitate hebraice est *לְיָרֵךְ lair*; pro quo aliqui legunt *לְיָרֵךְ lehair*, id est ad exultandum, q. d. Deus tui voce per me inquam, ut torpentes et dormientes Judæos a somno peccatorum exciet, et ad sollicitudinem ambulandi cum Deo incitet.

ET SALUS ERIT TIMENTIBUS NOMEN TUI, — q. d. Hæc est vox Domini qua clamat ad Jerusalem: Salvi erunt qui Deum timentur, ceteri enim peribunt. Aut simplicius, ut sint verba Prophete, quasi per dialogismum interloquentis, et populo commendantis vocem Dei, ut populus eam avide audiat et excipiat, q. d. O Hierosolymite, audite hanc vocem Dei quam subjungam: qui enim eam audierint, indeque Deum timentur et coluerint, hi salvabuntur; ceteri omnes fame, gladio et bello peribunt. Legit Interpres *תְּשׁוּבָה יְרֵכָה* *tesua teræ*, et recte: nam sic quoque legerunt Septuaginta; vertunt enim: *Et salvabit timentes nomen ejus*, hæcque versio congruum habet sensum. Jam legunt *יְרֵכָה תְּשׁוּבָה* *tuscia tere*, id est, *sapientia videbit nomen tuum*, id est, ut Tigurina et Vatablus: *Qui sapientia et ratione præditus est, videbit nomen tuum*, q. d. Clamant quidem Prophete; ad soli sapientes recipiunt predicationem eorum, vel habent rationem honoris nominis Dei. Chaldaeus medius est, nam legit *tuscia cum recen-*toribus, et *teræ* cum Septuaginta et S. Hieronymo. Unde vertit: *Sapientes, sive doctores timent nomen Domini* (1).

AUDITE, TRIBUS, ET (id est sed) QUIS APPROBARI ILLO? — Tribus hebraice est singularis numeri, q. d. Audite, o viri tribus Juda, vocem Dei clamantis per me; sed quis eam approbabit? q. d. Scio fore paucos qui illam approbarent et exsequerentur, ut faciatis quod dicam, et vociferabor nomine Dei, ita S. Hieronymus; aut, ut Rupertus, q. d. Audite, o tribus, opus vestrum quod nunc in judicio Dei arguitur, quod nemo probus approbabit, vel nemo nisi improbus approbabit:

(1) Maurer expositis simul et explosis variis variorum sententiarum, aliquoties approbat Hitzigii interpretationem, qui pro *יְרֵכָה* *trec*, mutatis vocalibus, legit *יְרֵכָה* *trec* infirmum, ex *יְרֵכָה* *trec*, et sic vertit: *Et sapientia est, timere nomen tuum* (cf. *Deut.* iv, 10; x, 12; *Jes.* lxxv, 19; *Psalm.* lxxvii, 11; *Job* xxvii, 28), ut verba hæc efficiant interjectam a vate sententiam, q. d. Et sapienter agiti, qui attendit ad verba tua; vide tamen, inquit, an non servari possit scriptura recepta, an non *יְרֵכָה* *trec* significet *circumspectare, circumspectare* aliquid, prospectare, eoque apparet, in hunc sensum: *Et intelligentiam circumspectat nomen tuum*, et intelligentiam tu circumspectas, prospectas, eoque existet intelligens, recte sapiens, probus, pius. Qui sensus ad interrogationes, quæ vers. 10 leguntur, maxime est idoneus; cf. *Psalm.* lxxv, 2 et seqq.; *Sophon.* i, 12, et similia.

cum adhuc domus vestre plene sint rapinis, dolis et fraudibus, ideoque clament vestrum opus esse pessimum. Pro tribus hebraice est *לְיָרֵךְ lair*, quod proprie virgam vel sceptrum, inde per metaphoram tribum significat: quia sicut ex una arbore multe virgæ excinduntur; sic ex uno patriarcha multe tribus progenerantur et descendunt, uti ex Jacob prognate sunt duodecim tribus Israel: aut quia quilibet tribus suam habebat sceptrum. Unde Tigurina vertit: *Audite virgam, et qui eam decernit, q. d. Videte quæ flagella vobis immineant, et a quo, puta a Deo terribili et omnipotente. Ita Vatablus*. Vox *matte*, id est tribus, in singulari significat sermonem esse ad unam tribum, puta ad Juda et Jerusalem, non ad Samaritiam et decem tribus, uti vult Rupertus et alii.

10. AD RUC IGNIS IN DOMO IMPII THESAURI INQUITATIS. — Pro ignis in hebræo est triplex lectio. Primo enim aliqui legunt *מֵי מַיִם* *mai mai*, id est *estne vir*. Unde vertunt: *Estne adhuc* (post tot Dei voces et minas) *vir qui in domo impia vel nere audeat thesauros iniquitatis? Secundo*, alii legunt *מֵי מַיִם* *mai mai*, id est *estne*. Unde vertunt: *Adhuc est domus impii thesauri et mensura iniquitatis? ita Chaldaeus*; aut, ut Tigurina et Pagninus: *Annon adhuc est thesaurus impius in domo impii? Tertio*, alii legunt *מֵי מַיִם* *mai mai*, id est *ignis*. Ita Noster, Septuaginta et alii, q. d. Judæi post tot Dei per Prophetas clamores, minas et monita, adhuc relinunt opes et thesauros injuste partos; qui proinde eis erunt ignis, id est in ultionem et penam eorum vertentur, ut concrentur domus plene opibus injuste partis, a Chaldæis incenduntur Jerusalem. Simili modo adhuc in domo impii est « mensura » justo « minor, » ideoque « ira plena; » quia quod illi in pondere deest, hoc suppeditur et impletur ira et vindicta Dei. Sepe Prophete argunt Judæos de stateris dolosis et mensuris injustis, imo duplicibus: nimirum quod, cum quid emerent, illud mensurarent mensura æquo majore; cum venderent, idipsam mensurarent mensura justo minore: quod vitium etiam nunc apud institores, præsertim tenuiores, crebrum est.

Nota: Hæc mensura injuste et thesauri iniqui inde comparati per appositionem vocantur *hita ignis*; quia prodeunt ex igne cupiditatis, puta ex animo avarorum lucri cupido, ut per fas et nefas ditescant: ac desinent in ignem ultionis, juxta illud *Isaïæ* l. 11: « Ecce vos omnes accedentes ignem, accineti flammis, ambulabunt in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis. » Vide ibi dicta. Rursum aliqui legunt hæc per interrogationem, q. d. *Hane ignis cupiditatis* (puta thesauri iniquitatis et mensura minor) *contra quem nos Prophete toties detonavimus, quemque minis nostris exstinimus, rursus accenditur, reviviscit et inardescit? Verum Romana, Plantiniana et*

vers. 10.

Avatarita est ignis, cur?

